

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus

### Caput 17: De laude superne felicitatis et premio eterno (6c)

Idem (Bernardus):

Vita eterna ipsa est plenitudo, ipsa longitudo dierum.

Verus dies qui non novit occasum,  
plenus meridies, uere glorie plenitudo,  
eterna veritas, vera aeternaque satietas,

nec longiturnitas illa terminum,  
nec claritas illa occasum, nec fastidium satietas illa habet.  
Erit enim securitas de eternitate, gloriatio de unitate,  
exultatio de societate.

Uita eterna ipsa est plenitudo. ipsa longitudo dierum.

verus dies qui non nouit occasum.  
plenus meridies. vere glorie plenitudo.  
eterna veritas. vera eternitas. vera aeternaque satietas.

Siquidem nec longiturnitas illa terminum /  
nec claritas illa occasum / nec satietas illa fastidium habet.  
Erit enim securitas de eternitate. gloriatio de veritate,  
exultatio de societate.

Guillelmus de Cortoriaco (Guillaume de Courtrai, OSB),  
*Liber florum beati bernardi abbatis clareuallensis* 5.47  
(Paris, P. Pigouchet, 1499 [ISTC ib00390000], fol.45vb).

Unde et idem ait:

HABETIS NUNC QUIDEM FRUCTUM VESTRUM IN SANCTIFICATIONEM,  
FINEM VERO VITAM AETERNAM.

Ipsa est quae hoc loco promittitur plenitudo, ipsa longitudo dierum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Psalmum*  
“*Qui habitat*”, 17.1 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.485, ll.17-19).

Verus nimirum dies, qui non novit occasum,

aeterna veritas, vera aeternitas, ac perinde vera aeternaque satietas.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Psalmum*  
“*Qui habitat*”, 17.2 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.487, ll.13-15).

Itaque longitudine dierum replebo eum,  
quem nisi lux vera reficere, nisi aeterna implere non potest:  
siquidem nec longiturnitas illa terminum,  
nec claritas illa occasum, nec satietas illa fastidium habet.  
Erit enim securitas de aeternitate, gloriatio de veritate,  
exultatio de satietate.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Psalmum*  
“*Qui habitat*”, 17.6 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.491, ll.2-5).